

1605. 23 Januarij

Ex M<sup>o</sup> Arch. Stan. Aug. Regis.

Rudolphus Imperator Sigismundo Regi.

Rudolphus secundus Dei gratia electus Romanorum Imperator etc.  
Sereno Principi Domino Domino Sigismundo Cognato, affini,  
Vicino et amico nostro charissimo. Salutem et mutui amoris  
continuum incrementum, Serenissime Princeps Amice, affinis  
et Vicine Charissime. Accepimus Serenissimo Vno ad nos in causa u-  
iusdam nobilis Adami Mantuensis Glacij cum Roma peregrina-  
tione devotionis ergo suscepta reverteretur nefarie intercepti  
datas literas. Quia in negotio Serenitatem Vestram latere no-  
luimus, eadem illam ad nos postquam delata fuit graviter  
admodum, atque adeo nos commovisse, quod dum de patratibus  
ibidem inquirendis senum mandatum dederimus, quemadmo-  
dum etiam nonnulli qui ex indagatione et relatione aliorum,  
vel pro Authonibus vel sociis tanta inhumanitas degnouerunt  
terant, carceri quam primum mancipati sunt, et in hunc us-  
que diem diligenti custodia detinentur. Verum ne huic fa-  
miliarum rei longior esset mora certos denique ad hanc causam  
peculiaris nostro mandato deputarimus Commissarios, qui  
in eum locum sese illuc conferre et in tanti facinoris com-  
pertos authores eorumque complicis talem penam statuere de-  
beant, quam et sceleris gravitate mereri et aliis in posterum  
exemplo et terrore esse posse cognoverint. Cui omnia felicia  
et prosperos rerum successus a Deo Optimo, Maximo ex animo  
deprecamur. Atque sic IV equitati noscatur quae quae defuisse intelliget.  
Datum



1605. 3. Januarij  
Datum Pragae ex Aere nostra Regia die 3 Januarij 1605.

Regnerum nostrorum 3. H. Bohemiae 33.